interjecto, quod si in area per dominos Lutoldum de Ledelow et suos amicos nostris fratribus in civitate vestra pro ipsorum commodo assignata aliquod edificium per formam claustri seu altare aut *campana[a]) in prejudicium parochialis ecclesie per fratres nostros erecta fuerint seu constructa, vobis dominis sculteto et civibus extunc predicta destruendi dilacerandi et ad nichilum redigendi et prefatam aream parochie inibi applicandi liberam concedimus potestatem, nostro juri quantum ad predicta resignantes. Et ut antedicta vigorem habeant firmiorem, rogavimus humiliter et obnixe, quod venerabilis pater et dominus Henricus dei gratia episcopus Nuenburgensis hanc paginam[b]) suo sigillo roboraret, sigillum eciam nostrum in robur et firmitatem apposuimus predictorum. Datum in Lypzk anno domini MCCCXI in die beatorum martirum Processi et Martiniani.

204.

Die Knaute überlassen dem Kloster Buschholz in der Nähe der Stadt Leipzig, welches Heinrich Seuko d. ält. und Heinrich dessen Sohn von ihnen zu Lehn gehabt. **1321.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2228. — Die drei SS. an Pergamentstr., das dritte zerbrochen. Wappen: von weiß und schwarz (2. 3. von schwarz und weiß) viermal quergestreift.
Anm.: Im Inventarium über die Urkk. des Klosters (vergl. oben No. 198 Anm.) ist die Urk. verzeichnet als De virgultis Knaut[onum] bei der zigelscheun *(vor dem Ranstädter Thore). — Vergl. No. 205.*

Nos Heinricus, Tymo, Albertus et Heinricus fratres sui et Albertus dicti Knutones tenore | presentium recognoscimus et publice protestamur, quod de communi consilio omnium nostrum rubeta seu | virgulta prope civitatem Lypzensem[a]) constituta[b]), que Heinricus Seuko[c]) senior et Heinricus[d]) filius suus a nobis | jure feodi tenent in presenti, fratribus predicatoribus conventus Lypzensis pro salute animarum nostrarum ac progenitorum nostrorum libere contulimus et absque diminutione qualibet pure dedimus propter deum, renunciantes cum successoribus nostris quoad hec juri nostro postquam fratres dicti conventus dictorum quietam possessionem intraverint virgultorum. In cujus collationis donationis testimonia sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum anno domini M°CCC°XXI°.

205.

Markgraf Friedrich der Ernsthafte bestätigt unter Einrückung der betr. Urkunde die Ueberlassung eines Stücks Buschholz an das Kloster durch die Knaute. **Rochlitz, 1329 Febr. 7.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2469. — Das nur am oberen Rande etwas beschädigte Reitersiegel des Markgrafen an Pergamentstr. u. in hölzerner Kapsel.

In nomine domini. Amen. Nos Fredericus dei gracia Thuring[ie] lantgravius, Myssnensis et Orientalis marchio dominusque terre Plyss[nensis] recognos|cimus volentes ut tam presentis evi maturitas quam future suc[c]essionis utriusque sexus posteritas non

203. *a)* campanam. *b)* paginam *ist a. R. zugefügt.*
204. *a) Transsumt von 1355 (unten No. 209)* civitatem Lypcig. *b) Ebenda* sita. *c) Transsumt von 1329 (unten No. 205) und von 1355* Henricus Seyko. *d) Ebenda* Henricus.